& fallaciarum diuinationum caligine
decipientes; Hic aliquid agerent ciui
tati populi romani amicissimę sub
uenirent. & fidei conuersatione
pereuntem. perire non sinerent. Ipsi
utique medii fuerunt. cum romanę rei
publicę interiecto foedere copulata
est; Custodiens itaque fideliter. quod
ipsis praesidibus placito iunxerat iurati
one constrinxerat. a perfido obsessa.
oppressa consumpta est; Subsidii tem
pestate atque fulminibus annibalem
postea romanis proximum moenibus
terruerunt longeque miserunt. Tunc primum
tale aliquid facerent; Audeo
quippe dicere. honestius illos pro
amicis romanorum. Ideo periclitan
tibus ne romanis frangerent fidem
& nullam opem tunc habentibus quam
pro ipsis romanis quam pro se pugna
bant adque aduersus annibalem
opulenti erant potuisse tempestate
seuire; Si ergo tutores essent roma
nae felicitatis & glorię. tam graue
ab ea crimen sanguin calami
tatis auerterent. Nunc uero
quam stulte creditur diis illis de
fensoribus romam uictorię annibale
non perisse. qui saguntinę urbi non
potuerunt. ne pro eius perirent ami
citia subuenire. Si saguntinorum
christianus populus esset & huiusmodi
aliquid pro fide euuangelica patere
tur. quamquam se ipse nec ferro nec ig
nibus corrupisset. sed tamen si pro
fide euuangelica excidium pateretur.
ea spe pateretur. qua in christum credi
derat. non mercede breuissimi tem
poris sed ęternitatis in terminino. Pro
istis autem diis qui propterea coli pro
hibentur. propterea colendi requiruntur.
ut harum labentium atque transeun
tium rerum felicitas tuta sit. Quid
nobis defensores & excusatores eorum
de saguntinis pereuntibus respon
debunt. nisi quod de illo regulo
extincto. hoc quippe interest. quod
ille unus homo. hęc tota ciuitas.
utriusque tamen interitus causa. con
seruatio fidei fuit. Propter hanc
enim ad hostes & redire ille uoluit.
& noluit ista transire. conseruata;
Ergo prouocat deorum iram fides.
an possunt. & diis propitiis perire
non solum quique homines uerum etiam
integrę ciuitates. utrum uolunt.
eligant. Si enim fidei seruatę iras
cuntur illi dii. quaerant perfidos a
quibus colantur. Sic etiam illis propi
tiis multis grauibusque cruciatibus
afflicti. interire homines ciuita
tesque possunt. nullo fructu felici
tatis huius coluntur; Designant
igitur suscensere. quia sacris deorum suorum

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 8r – Augustinus Hipponensis, De civitate dei (https://fragmentarium.ms/view/page/F-b4ez/4073/42498)